Digitale Westfälische Urkunden-Datei (DWUD) - http://www.dwud.de - a1061540

Beiheft

S 87.

[1328]. 87 [84

Das Stift Vreden vergleicht ſich mit dem Colonen der Hufe Hoykinc.

Nota, quod super impeticione, quam movit Rence Hoykinc, in composicione fuit ordinatum seu placitatum, quod Rence possidere debuit casam sitam in manso Hoykinc cum duobus agris capientibus undecim modios siliginis mensure in Bocholte ad sex annos numerandos ab hoc anno, videlicet M°CCC°XXVIII°, quibus sex annis elapsis dabuntur dicto Rence V marce ad redimendos dictam casam et agros. Ita quod tunc elapsis dictis sex annis dicti agri et casa poterunt redimi pro quinque marcis singulis annis in cathedra sancti Petri apostoli, quibus quinque marcis persolutis dictus Rence nichil iuris habet in bonis Hoykinc predictis.

Notiz des 14. Jhdts. Kopiar fol. 24v. — Vergl. Urkunde von 1334 März 13 = Regeſt Nr. 157.

© LWL-Archivamt für Westfalen, Internet-Portal "Westfälische Geschichte" - LWL 03/2007